



**Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Censvræ Et Invectivæ  
Ex Mvltis Aliqvot In Sanctos Patres Et Ecclesiæ Doctores,  
In DD. Scholasticos Tam Antiqviiores Qvam Recentiores,  
Nominatim In Primarios Societ. ....**

**Bivero, Pedro de**

**Antverpiae, 1641**

Ex Querimonia 1. editionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73756](#)

CENSVRÆ ET INVECTIVÆ  
IN PATRES ET ORDINEM SOCIET. IESV

DECERPTÆ

EX LIBELLIS QVOS IANSENIANI  
SVB NOMINE QUERIMONIAE TYPOGRAPHI

VVLGARVNT.



Micæ Lector, ne quid elegan-  
tiarum decesset, Censuræ &  
Invectivæ Iansenij subiun-  
gimus syllabum earum, quas  
ex Zegerianis querimo-  
niis excerpimus, & flosculos orationis D.  
Ioannis à Lapide. Nam cùm hac tenus  
doctrinam Thesum nostrarum Iansenia-  
ni carpere vix posuerint, nedum Magi-  
stri sui dogmata cum Tridentino conciliare;  
cumq; à propositionum in Baio da-

matarum, atque heterodoxarum paralle-  
lo eximere se posse desperauerint; id nunc  
ferè tantum agunt, ut de Thesum acri-  
monia querantur & querentur. & quā-  
quam haec in re D. Hieronymi acerime  
contra Ioannem Hierosolymitanum dimi-  
cantis auctoritate & exemplo satis tueri  
nos possumus, ut tamen appareat à quam  
moderatis viris nimie arguamur acri-  
monia, placuit hoc specimen dare mode-  
stia Iansenianorum.

Ex Querimonia 1. editionis.

**I**ntra alias phrasēs quibus hoc Libello occulti qui-  
dam Ianseniani sub idiota Typographi nomine la-  
titantes Societatem Iesu pro sua banevolentia exor-  
nant; has imprimis amice lector inuenies.

Pag. 9. Hæc sunt vulnera, quibus se domi  
confodiunt Cadmæi fratres; aduersus alios,  
si minimo digito tangantur, tam vocales &  
clamosi.

Pag. 10. Falsis laudibus conantur aliis an-  
tecurrere.

Pag. 16. Patrum Societatis impetum animo-  
rum & splendidissimam bitem dicunt.

Pag. 17. Contaminauerunt sc̄ (inquit) Patres contumeliosissimis istis Theſibus.

Pag. 18. Patres Iansenium toto libro acerbè  
si non crudeliter dilacerant.

Pag. 21. Disputationes nostras Theatrales vo-  
cant.

Pag. 22. Insolentissimas Theſes.

Pag. 25. Ceteros omnes famosarum The-  
ſium mendos & errores corrige longum  
foret ac difficile, & quo sèpius aut plurimum  
oculi eas inficiunt, densiores & magis enor-  
mes maculas in iis reperiunt. SS. PP. verba  
perperam, decreta Conciliorum quo non va-  
dunt, per vim detorta, Iansenio quæ non co-

gitauit afficta, aliaque multa cùm deformis  
& viris illis indigna, &c.

Ex 2. Editione.

Pag. 21. Vocant PP. Societatis, Obtestato-  
res Iansenij.

Pag. 23. Attribuunt illis intemperiem.

Pag. 25. Dicunt crassissimam ignorantiam au-  
scotomate denti prohibitos funis, quo mi-  
nus lucem viderent in legendō lanfeno.

Pag. 25. Animosissimi homines caco impe-  
tu vnguis dentibusque hostem inuadant;  
ne penisi quidquam habent, modo apud  
pueros, aut ignaros victoria plausum re-  
portent.

Pag. 25. Arguant totum ordinem mordacitatem  
hinc verbi: Sanctæ Societatis regula id quidem  
prescribunt (ferre patienter iniurias) & ser-  
uant fortasse, quibus dentes adhuc laceti, au-  
senectute edentuli sunt, media etatis ho-  
mines acti dente, & mordentes se strenue re-  
mordent.

Pag. 39. Nominant nos, Dialeticos theſium  
fabricatores.

Pag. 49. Infastarum Thesum conditores.  
ibid. Theſes Augæ stabulum & finem.

Et